



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Centesimum Primum Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

## Centesimum Primum Privilegium.

- E**CCLESTIA gaudet privilegio. † Cum ad iudicium aliquis vocatus fuisset, qui non comparuit, ob eius contumaciam pronuntiavit actorem mittendum esse in possessionem rei petite, causa rei servande, sed ob potentiam, rei siue dolum non potest namcisci possessio, tandem imminente fine anni, Reus ne possessionem post annum amittat, offert cautionem standi iuri. † Queritur qua pena veniat puniendus qui iudici non paruit, Papa respondet. † Quod in Ecclesiasticis negocijs, & personis rigor iuris non requiritur, sed ut iustitia propter hoc quod iudici non paruit, non pereat. † Admitti debet Reus, cum per cautionem standi in iudicio se astringit. Ratio istius decreti cap. i. de dol. & contuma. fuit, quia. † Ecclesia regulariter suorum peccatorum penitentes amplectitur, nam in primis fuit contumax, postea obtulit per cautionem de stando iuri, hic considerandum venit. † Quod missus in possessionem, ex primo decreto non efficitur possessor ante lapsum anni, sed tantum custos custodit possessionem, ne aduersarius ingrediatur, quod apparet in tex. in d. cap. i. Vbi dicitur ibi causa rei servandae, dicitur etiam in tex. rigor iuris, nam de rigore iuris, † Qui iussioni iudicis non paret mulctari potest pena extraordinaria, maxime vbi iustitia periclitatur, cap. de causis §. i. de offic. deleg. & in cap. quoniam in fi. vt lit. non contest. & in l. vna. ff. si quis ius dicend. non obtemp. Et etiam. † Quia Iudex non debet pati se contemni, l. observandum. ff. de offic. presid. † Secus est de iure Canonico in Ecclesiasticis personis, & negotiis, ex quo mulctae propter contumaciam, & dolum, non habent locum, ut ex tex. d. cap. i. colligitur. † Hac igitur aequitate canonica contumacia non punitur ad privatam utilitatem, nec pro publica ad iudicis contemptum. Opponi tamen potest per tex. in cap. accedens el. i. vt lit. non contest. Sol Ibi ex quo persistit in contumacia, fuit excommunicatus, secus autem in hoc nostro casu, in quo astringit se per cautionem standi in iudicio, hac aequitate motus Papa iubet non puniri, si rigor iuris in Ecclesiasticis personis, & nego-

negotijs non requiritur, nunquid rigor l. si quis in tantam  
C. und. vi. qui videtur approbari 16. q. 6. capit. placuit, ut  
11 habeat locum secundum canones. † Et occupans rem pro-  
pria auctoritate, & violenter, priuetur dominio, si erat sua,  
vel condemnatur ad estimationem, si non erat sua, responde-  
12 ri potest. † Quòd in Ecclesijs, & minoribus non habet lo-  
cum, cum eis subueniatur, per beneficium restitutionis, sed  
in causis priuatorum benè seruatur l. meminerint C. und. vi.  
Ex his percipitur, quòd Reus non multabitur, si non admi-  
sit ad possessionem de mandato Iudicis, de æquitate canoni-  
ca, si infra annum caueat stare iuri.

**S U M M A R I V M.**

- 1 Actor qui probauit intentionem suam, si reus deficit in probando excep-  
tiones suas condemnatur in expensis.
- 2 Exceptiones factæ ad malitiam, ad impediendum, & differendum pro cos-  
sum qui facit punitur.
- 3 Iudicis officium est imponere finem litibus, ne litigantes laboribus, &  
expensis vexentur.
- 4 Litibus, vt imponatur finis duorequiruntur actoris intentio fundata, &  
exceptio obiecta cum inducijs.
- 5 Exceptio peremptoria potest probari etiam postquam actor fundauit in-  
tentionem suam.
- 6 Reus excusatur à condemnatione expensarum in aliquibus casibus.
- 7 Instrumentum debiti, cui satisfactum erat inuentum in arca paterna cum  
alteri succedat præsumitur iusta causa ignorantia.
- 8 Absolutio expensarum quare fiat in sententia explicandum.
- 9 Condemnationem expensarum quando quis auitat.
- 10 Litigandi iustam causam an quis habeat habens comuueni opinionem  
pro se.
- 11 Iudex potest ferrè sententiam contra communem.
- 12 Iudicis arbitrio sunt aliqui casus reseruati ad condemnandum in ex-  
pensis.
- 13 Inducias accipiendo, & non probando condemnatur Reus diffinitiuè,  
& in expensis.